



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die secunda Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Die secunda Decembris.

*Obitus Ioannis de Ruif-broeck,
cum mentione Ioannis cocci.*

IN Viridi valle obitus fratris Ioannis de Ruis-broeck presbyteri. Et undecimo Calendas Februarij, obitus fratris Ioannis dicti de Leen conuersi, mirabilis feruoris virtus huius monasterij primi cocci, vulgariter dicti boni cocci.

Die tertia Decembris.

1º. De sancto Eloquio presbytero, qui quiescit Valciodori.

Ex monumentis varijs monasterij Walciodorensis, quæ nobis exhibuit Paulus Thonon Supprior Hasteriensis.

Valciodori, depositio sancti ELOQUII, presbyteri & confessoris. Qui ex Hibernia ad Galliarum littora venit cum venerabilibus viri sanctis Furseo Ultano, Foillano, Boetio, Mombolo, Adalgiso, Hettone, Helano, Tresano, Germano, Verano, & Columbano. Cumque multum populum Domino per Saxoniam & Galliam acquisiissent, compulsi à rege Latinium cum monasterium exstruxerunt, ubi sanctus Furseus ad Christum migraturus sortitam monasterij curam beato Eloquio reliquit. Post multos verò dies sciens sanctus Eloquius discipulorum suorum animos diabolico instinctu inique in se concitatos, cum paucis fratribus Grimacum ad Isaram secessit, eremiticam vitam ducturus. Cumque sancto Eligio episcopo eius sincera religio innotesceret, presbyterum ordinavit, & pre-

L 1 2 dicandi